



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Processus iudiciarius panormitani

Johannes <Urbach>

Parisius, Millesimo quinge[n]tesimo octauo

Modus formandi posit[i]o[n]es.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70756)

Articulus autem dicitur quod artat. id est arte ponitur et ar-
 tat ad respondendum ut in causa principalium. secundum alle. super
 glo. articulus et est nomen diminutiuum designans aliquid
 particulare a genere suo per debitas circumstantias
 de hoc de off. deleg. super questionum.
¶ Additio. **¶** Et aduerte quod huiusmodi positiones possunt fieri
 non tantum in causa principali sed etiam in causa appel-
 lationis ut in bal. in l. si. §. in refutatoribus. C. de ap-
 pel. Et nota. Jo. an. i. addi. spe. de tes. §. nunc videndum
 in principio. quod ars articulandi inter causidicos summum et
 gradum in curia romana et maxime in beneficiis
 deuolutis. unde consuluit ipse ibi quod caueant curiaz in-
 trantes quod truncationes sunt magni magistri ne suo capite
 in principio hanc artem assumant sed antiquis ad-
 uocatis assistant. vel etiam habeant procuratores ex-
 pertos et ibi Jo. an. circa eum. §. insistat et pulchre etiam
 illam materiam tractat. Et positiones et articuli istius
 iusto litis seu iudicii ordine seu loco sunt scilicet post
 li contes. et iuramentum calumnie super principali tamen
 quos sunt faciende prebationes si fieri possunt de quo in
 spe. de posi. §. iiii. in principio. quod si reus habet probari excep-
 tiones vel actor replicationes suas habet redigere excep-
 tiones seu replicationes in positiones et articulos.

¶ Modus formandi positiones.

Hec formas igitur positionum hac via puenitur.
 Nam formas eas habeat libellum per oculos et ex eius
 tenore sumat et formet eas et diligenter consideret
 quod habeat necesse probare et super omnibus que probare
 velit faciat positiones nec valet positio aut est confes-
 sio nisi fiat super re de qua agitur. de quo in spe. de po-
 siti. §. v. et si. generaliter autem. de quo est de confes. ca. pri-
 mo et secundo li. vi.